



IVRIS ALLEGATI

TIO IN FAVOREM DECANI ET CAPITVLI
 sancte Ecclesie Cordubensi: Aduersus Ioannem de Gueuá
 ra, super certa quantitate fatis eidem Decano et Ca-
 pitulo, ex salinarijs, vulgo de Duernas nun-
 cupatis, quotannis praestanda.



BY ADDING
COPPER
SULFATE

VARIA

TO INHALE DUST
IN GOUTS & COUGHING; AND
TO CURE SCROPHULOSIS,
TUBERCULOSIS, & CONSUMPTION;
DROPS OF THIS LIQUID
INTRODUCED INTO THE NOSE,
ARE OF GREAT USE IN
COLD, CROUP, & CHILBLAINS.



ESV CHRIS

TI N O M I N E H V M I L I T E R
implorato, nec non gloriofissimæ Virgi-
nis Maria eius genitricis (cuius caula
agitur) præsidio inuocato.

IN C A V S A et lite quæ in hac Re-
gali curia vertitur, inter Decanum
et Capitulum sanctæ Ecclesie Cordubæ
sis ex una parte: ex alia vero Ioannem
de Guevara Ciuitatis Segoviensis incolam, super certa quantitate fa-
lis eidem Decano et Capitulo ex Salinarijs, vulgo de Duernas nuncu-
patis quotanis praestanda: predictum Decanum et Capitulum iustum
causam fobere, atq; in possessione percipiendi seu exigendi salem in
eiusdem libelo contentum protegendum, atq; manutenendum fore,
reuocandamq; esse sententiam aduersus eosdem in hac regali curia pro-
latam ex sequentibus apparet.

Vt autem ea quæ dicenda sunt rectius expediantur, quid in hac cau-
sa veraq; pars intendat breuiter præmittamus.

Decanus et Capitulum ex sua parte intendunt, ex predictis salina-
rijs a tempore immemoriali cuilibet dignitatí eiusdem Ecclesie vi-
ginti et quatuor Medimnos salis (vulgariter sermone hanegas nuncupa-
tos) quotanis praefatos fuisse, cuilibetq; Canonico, et portionario in
tégro, atq; echonomo prædictæ Ecclesie duodecim medimnos, cuili-

libet vero portionario minori octo medimnos solutos fuisse, et per cō sequens in possessione percipiendi seu exigendi prædictam quantitatē salis in vno quoq; anno protegendoris, atq; manutenendos fore.

¶ Ex diuerso tamen Ioannes de Guevara prætendit, eidem Decano et Capitulo nullum ius ad exigendam dictam quantitatē salis competere, ea præcipue ratione, quoniam ius exigendi salem ex prædictis salinarijs, quod Decanus et Capitulum habebant, dēpendebat a iure ciuitatis Coquibensis in prædictis salinarijs competenti, quia neq; dicto Decano et Capitulo, neq; alcui personæ sal prestabatur, nisi ex iure a prædicta ciuitate derivato, habitaq; ad eundē salem exigendum, schedula ab editis publico ciuitatis praefixa, ac proinde quod cum prædicta ciuitas per primam et secundam reuisionis sententiā fuerit victa, eidemq; sit prohibitum, ne alijs personis quam contentis in ordinatio nibus minoris numeri, in dicta līte productis, dictas schedulas distri buant, et in eisdem Decanus et Capitulum non contineātur, eosdem etiā vīctos reputados, cum resoluto iure datoris resoluatur ius acceptatoris, vt in .l. lex vectigali. ff. de pignoribus cum concordantibus, et per consequens eidem Decano et Capitulo exceptionē rei iudicata obesse, neq; esse hactenus hac de re quarendum, vt in .l. post rem iudicata. ff. de re iudicat. c. s̄aepē extra eod. titu. cum similibus.

¶ Se cuncto etiam assertit quod licet eidem Decano et Capitulo exceptio rei iudicata non ob' esset, obstat tamen eisdem exceptio litispēnditiae, que oritur ex causa et lite in supremo prætorio inter easdem met partes ventilata, super decima salis quam Decanus et Capitulum ex prædictis salinarijs sibi pertinere affirman, vt constat ex testimonijs a diuersa parte productis, atq; ideo item illam de decisioni hujus lītis aduersari, cum ex regula generali, vbi ceptum est iuditium ibi si nem accipere debeat, vt in .lvbi ceptum. ff. de iuditīs cum concordan t. vt per Antonium Gabrielem cōmu. tent. lib. 2. titu. de iudicijs con clus. i. nu. 1. cum sequent.

¶ Tertio intēdit, prædicta salinaria solummodo Regiae maiestati, atq; ab eadem titulum habentibus competere, vt in .c. vynico ibi, ¶ Piscationum redditus et salinarum que sint regalia in vībus faudorum, et in .l. li. titu. 28. par. 3. ibi, ¶ Las rentas delas salinas &c. ac proinde quod cum prædicta salinaria ex priuilegijs, regijsq; concessionib⁹ sibi pertineant, Decanus vero et Capitulum nullum ius ad exigendam dictam quantitatē salis habeant, non posse eosdem super ea in iudicio experiri.

¶ Quarto etiam intendit, quod cum in percipienda prædicta quantitatē ialis Decano et Capitulo ius omnino restat, non minori præscri ptione quam immemoriali eosdem se posse adiubare, vt in .c. super qui busdam. §. preterea de verborum significat, et in .c. cum persone. §. quod si tales deprivilegijs lib. 6. atq; ideo quod cum immemoriali nō sit sufficienter probat, non posse eosdem vlla præscriptione se tueri. ¶ Quibus tñ non cibariis, vt iustitia nostrā partis numeris omni bue

bus reddatur absolute, quatuor articuli in eiusdem faborem veniente
in presentiarum examinandi, ex quibus non solum euidens dictis op-
positionibus resultauit responso, verum et de iustitia capituli manife-
stissime liquebit.

CON primo enim ostendetur eidem Decano et Capitulo exceptio-
ne in rei iudicata aduersa parte oppositam nullatenus ob esse, cum in
antiqua lita aduersus ciuitatem Cordubensem agitata, neq; interfuer-
int, neq; in sententijs contra eandem prolatas contineantur.

CON secundo vero proponetur eidem Decano et Capitulo nullate-
nus exceptionem litispendentia in supremo pretorio ventilatae præ-
iudicare, cum lis illa super decima spiritualis, haec autem super iure tem-
porali eidem Decano et capitulo in dictis salinarijs competenti venti-
letur.

CON tertio autem fundabitur prædictum Decanum et Capitulum
privilegium regiamq; concessionem ad exigendam dictam quantita-
tem salis in sui faborem habere, et per consequens in possessione per-
cipiendo eandem protegendum fore.

CON quarto et ultimo apparet, quod licet Decanus et Capitulum
dicto regio privilegio non essent munici, sufficiere tamen eisdem in hoc
casu præscriptionem immemorialem, qua vicem privilegij obtinet,
seu quadragenarium prædicto titulo munitam, qua eisdem equipara-
tur, imo et multo minorem præscriptionem, cum aduersus priuatum
contendatur, ad hoc q; deinceps dictum salem exigere possint.

PRIMVS ARTICVLVS.

AD primum articulm accedentes, in quo de viribus rei iudicatae
erit agendum, quod prædictæ sententiæ aduersus ciuitatem Cor-
dubensem prolatæ, dictio Decano et Capitulo non obstante sequen-
tibus probatur.

CPRIMO nam prædicta lis fuit tantummodo ventilata inter ciu-
tatem Cordubensem, et Ioanem de Guevara, neutquam tamen De-
canus et Capitulum in eadem litigarunt, seu interfuerunt, neq; con-
tentur in ordinationibus maioris seu minoris numeri acuitate in præ-
dicta lita productis, et per consequens sententiæ in eadem prolatæ,
neutquam eisdem potire, infraferre præiudicium, cum ex regula gene-
rali, res inter alios acta, alijs neq; noceat neq; prolixt, vt in, i. s. p. ff. de
re-iud. l. 1. et 2. C. res inter alios acta. l. 20. titu. 22. part. 3.

CSECUNDО nam Decanus et Capitulum neutquam ex iure a
ciuitate derivato prædictam quantitatem salis sibi pertinere affirmanūt,
sed ex iure propriisbi ex Regali privilegio, atq; immemoriali consue-
tu dine, de quibus inferius erit agendum competenti, quod multum di-
ferat a iure quod ciuitas Cordubensis nitebatur, idq; vel ex eo clare col-
ligitur quod Decanus et Capitulum non contineantur in ordinationi-
bus maioris seu minoris numeri a ciuitate productis, vnde cum in eis-
dem non contineantur, et tamen prædicta quantitas salis semper eis

fuerit soluta, necessario dicendum est, eam solutionem non exiure ciuitatis, sed ex peculiari principiis priuilegio, ac concessione, seu legitima præscriptione Decano et Capitulo competere, et per consequens eisdem exceptionem rei iudicatae non obesse, cum iure proprio nitanur, neutiquam vero iure ciuitatis que sunt victi iubentur: vt in l. duobus ff. de libera. caus l. i. et l. patronū. ff. si liber. ingen. esse, dicatur. l. s. cum uno l. cum de hoc iuncta l. sequenti. ff. de except. rei iudi. cum alijs per Episcopum Segouensem relatis pract. quæst. c. 13. nu. 5. vers. secundum do appetet.

CETERUM nam ad hoc quod exceptio rei iudicatae obstat, requiri tur quod concurrent identitas personarum, cause, et actionis intenta et vi in l. ex sextate l. cum queritur. q. eandem l. et an eadē. ff. de exceptio rei iudicatae. cum concor. vnde cum in nostro casu haec omnia non concurrent, necessario dicendum est eidem Decano et Capitulo exceptionem rei iudicatae non obesse.

CONTRARIO nam in dubio iudicandum est rem iudicaram non necesse ut per Decium conf. 445. nu. 4. Aimoa conf. 188. nu. 2. cum concordant. ut per Menochi. tract. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 90. nu. 7.

CONVENTIONE nam licet ediles ciuitatis Cordubensis schedulas praestarent eidem Decano et Capitulo, ad percipiendam dictam quantitatem salis superqua controvenerunt, earum tamen præstatio nullum ius minuere, vel tribuere potuit eidem Decano et Capitulo, cum solummodo ciuitas Cordubensis fecerit distributionem salis tanquam administratrix rei publicæ, cuiuscum habebat habere rationem personali quibus sal præstabatur, ne alijs personali indebitè præstaretur, cum id resultaret in damnum Decani et Capituli, decurionum, et aliarum personarum quibus iure debebatur, et per consequens prædictæ schedulæ præsumetur factæ nomine, et auctoritate Decani et Capituli, non vero nomine, et auctoritate ciuitatis, quia actus semper præsumetur factus ab eo ad quem commodum illius spectat, iuxta regulam quam tradidunt. DD. in l. cum seruus. ff. de verborum oblig. et in c. non nulli q. sunt autem de rescriptis, Riminaldus conf. 21. n. 14. lib. 1. et ex alijs cōprobatur Mascar. tract. de probat. ¹⁶ conclus. 38. nu. 8. fol. 38. èr. vbi cunq; in actu sit mentio illius ad quem negotium pertinet, talis actus censetur celebratus nomine illius. lab vno vbi Alex. ff. de hegoc. gest. Bart. et dd. in l. s. fundum per fideicōmissum. ff. deleg. 1. Afmon confi. 204. nu. 1. rursus et ceteris præsumuntur factus de voluntate et ad instantiam illius ad cuius fauorem et utilitatem sit, ut probatur in c. cōstitutus vbi Abb. de testibus tradidit Bart. in l. de pupilo. q. si quis ipsi prætori. nu. 1. ff. de noui operis nuntiatione, et ex alijs cōprobatur Menochi. tract. de præsumpt. lib. 1. præsumpt. 23. nu. 7. pag. 242. tandem actus præsumuntur factus eo modo quo sit magis utilis illi qui in actu nominatur. l. 1. et 2. ff. de solut. tradit Bart. in l. gerit. nu. 2. ff. de adquirienda heredit. et sequuntur alijs quos refert Menochi. lib. 2. de arbitrio iudicium cassu. 126. nu. 8. et tract. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 136. nu. 16. vnde cum prædictæ schedulæ ab editib; bus ciuitatis præstatae, pertinent ad utilitatem

Decanu

Decani et Capitulo, non vero ad utilitatem ciuitatis, neq; edilium, sequitur evidenter, quod earum præstatio nullatenus Decano et Capitulo potuit inferre præiudicium, tandem quod possessio percipiendi salem in qua ecclesia pacifice extitit, magis presumatur subsecuta et continuata nomine proprio quam alieno, probat tex. in. l. et magis. ff. de solutionibus et in. l. filius familias. §. diuii vers. secundo idem principis. ff. deleg. i. tradit Bar. in. d. l. gerit nu. 9. ff. de adquirenda hereditate et ex alijs comprobat Tiraquel. lib. t. de retractu. §. 10. glos. vni ca. nu. 3. Alciat. regula. 2. prælump. 24. nu. 5. Menochius. tract. prælump. lib. 2. prælump. 46. nu. 5 pag. 332. et prælump. 91. pag. 575.

C S E X T A ratio et cui nullatenus responderi potest inde proficietur, nam licet Decanus et Capitulum nullum ius prater id quod a ciuitate erat deriuatum haberent, sententia q; aduersus ciuitatem latæ eisdem potuissent præiudicium inferre, quod totis vitibus negamus, ad huc ramen in nostro casu prædictæ sententia eisdem nocere minime poterunt, cum prædicta ciuitas nec ius Decani et Capituli legitime defenderit, nec priuilegium, nec alias scripturas exquisibus ius eorum manifeste constabat produxerit, neq; probationes aliquas seu articulos fecerit, exquisibus pacifica posselio Ecclesiæ ad predictum salem exigendum reprehenderetur, quinimo si recte consideretur totum cōtrarium ex processu refutat, cum semper ciuitas affirmauerit, prædicatum salē solūmodo personis in ordinationibus maioris seu minoris numeri contentis præstâ dum fore, in quibus Decanus et Capitulum neutrām continentur, ac proinde, cum ciuitas ius Ecclesiæ deducere omisserit, necessario dicendum est prædictas sententias eidem nullatenus noctuisse, vt in. l. si perlusorio et in. l. a sententia. ff. de appellationibus l. si serbus plurium. §. 1. et. 2. ff. deleg. i. l. si suspecta. §. 1. ff. de inoffi. testamento. l. ex contractu. ff. de re iudicata cum concor. late per Mol. adductis de Hispanorum primoge. lib. 4. c. 8. nu. 7.

C Carterum ut diuersam partem proprio gladio fugulemus, eiusq; armis aduersus eam retorquentur, accedant quinq; sententiae antiquæ in favorem Decani et Capituli a diuersis iudicibus prolate, ab anno. 1436. vsq; ad annum. 1515. quæ in hac lite fuerunt productæ, ex eis enim patet evidenter quod cum inter Decanum et Capitulum ex una parte ex alia vero, administratores dictarum salinarum, super decima salis eisdem præstanta, lis verteretur, a diuersis iudicibus fuere condenati, quatenus decimam salis eis exprædictis salinariis integre darent, et persoluerent quorum sententiae in rem iudicatam fuerunt trinalactæ quinimo et ipsi administratores in prædictis litibus confessi fuerunt, eandem quantitatem salis quam Decanus et Capitulum in hoc iudicio petuunt eisdem fuisse præstantam, ac proinde necessario cōfiteri oportet, ex prædictis antiquis sententijs exceptionem rei iudicatae in favorem Decani et Capituli oriri, tantum abest ut aduersus eosdem prædicta rei iudicatae exceptio villo modo possit retorqueri, et ne extra presentem item rem iudicatam deducamus, ad sunt etiam in nostro casu sententie aduersus eundem Ioanem de Guebara prolate, non obstantibus

bus primis sententijs in eius favorem contra ciuitatem pronuntiatis, cum enim tertij oppositores predicta liti se oppoluissent. et inter eos capitulum beneficiorum dicta ciuitatis, et concilium ville de Hispeja incidentes sibi ex predictis salinarijs certa qualitate salis eisdem praestandum fore, et contra vero Ioannes de Gueuara exceptionem rei iudicatae eisdem obstat afereret, nichilominus tamen predicta exceptione non obstante, idem Ioannes de Gueuara ad prestationem dicti salis fuit condemnatus, et ideo ex predictis sententijs quamuis inter diuersas partes prolati, eidem Decano et Capitulo competet exceptio res iudicatae ad hoc quod sententia aduersus ciuitatem prolatam, eidem nullatenus parent praeditum, cum predicta causa respectu omnium oppositorum fuerit communis, et individua, et ideo succedit conclusio textualis, lane quod sententia lata in causa communis, et individua, prodest omnibus consortibus cum quibus dicta causa communis et individua erat. I. lo ei corpus. §. si fundus. ff. si seruitus vendicetur glos. in. l. i. verbo patro cinari. C. si in comu. ead. q; caus. restit. post. et ibi notat Baldus. nu. l. Sa licetus. nu. 2. l. 21. titu. 22. par. 3. et hæc de primo articulo.

SECUNDVS ARTICVLVS.

QUOD attinet ad secundum articulū, quod eisdem Decano et Capitulo nullatenus excepto hispendentia in supremo pretorio ventilate posset praedicare, patet manifeste ex eo, nam si recte consideretur predicta lisis multum differt ab hac lite in praesentiarum decienda, cum ibi de decima spirituali Decano et Capitulo in dictis salinarijs competenti agatur, intendatq; reus neutiquam posse Decanum et Capitulum tanquam nouam decimam eandem exigere, hic vero super redditu seu iure temporali, ex regio priuilegio domini regis Ferdinandi eisdem Decano et Capitulo in dictis salinarijs competenti agatur, ac proinde cum cause sint omnino diuerse, non est cur vnius prosecutio alterius determinationem impediatur.

Nec poterit e diverlo opponi, quod cum ex dicto regio priuilegio dominus Rex Ferdinandus solummodo eisdem Decano et Capitulo donauerit decimam salinarum quas in ciuitate Cordubensi habebat, predictam decimam non de decima temporali, sed de decima spirituali intelligendam, et per consequens adhuc eisdem exceptionem lispendentie obstat: nam predicta concessio ieu donatio, neutiquam de decima spirituali, sed decima temporali, seu redditu decime salis in dictis salinarijs domino Regi competenti est intelligenda, quaz multum a decima spirituali differt. idq; vel ex eo comprrobatur, nam illi est decima spiritualis, neutiquam regibus competere posset, cum sunt laici, et per consequens iuris decimandi incapaces, vt in. c. ad hec, et in. c. prohibemus de decimis, et in. l. 22. titu. 20. part. 1. cum concordantibus, et per Episcopum Segouiens. lib. 1. resolutio. c. 17. nu. 51.

Secun

¶ Secundo quod prædictum priuilegium de decima temporali sit intellegendum, probatur manifeste ex eo, nam si de decima spirituali intellegeretur, sequeretur euideter, quod prædictum priuilegium esset frustatorum, neq; aliquid in praientiarum operatur, cum Ecclesia iure proprio, et absq; ullo Principis priuilegio, decimam salis spirituali posset exigere, et percipere, ut inferius ostendetur, et quantum familiaria essent domini Regis, adhuc ad decimam solutionem tenebatur, vt in l. 2. titu. 20. par. 1. atq; ideo ut priuilegium aliquid operetur, necessario dicendum est de decima temporali, non vero de spirituali intelligendum cum tam principum priuilegia, quam alie qualibet dispositiones, semper ita debeant intelligi ut aliquid operentur, ne alias dispositio frustatoria, seu superflua reddatur, tex. est in. l. si quādo ibi,
¶ Alioquin frusta legaturus sit. ff. de leg. 1. et in. l. si stipulatus. ff. de visuris, et in. l. fu. idus qui. ff. de fundo instructo, vbi legato fundo cum instrumento, intelligitur de instrumento domini, non de instrumento coloni, sed si dominus nullum instrumentum habeat, intelligitur de instrumento coloni, ne alias legatum reddatur inutile, per quem tex. dicit egregie Baldus in. l. quibus diebus. §. dominus. i. q. ff. de condit. et demonstr. quod licet testator precipiendo, quod soluantur eius debita non intelligatur, loqui de prescriptis cum bona fide, tamen si nulla alia habeat debita nisi prescripta, intelligitur de illis, et per eundem textum dixit pulchre idem Baldus in. l. si ita scripsisset. ff. de leg. 2. quod licet legato debito intelligatur de puro, tamen si testator nullum habeat debitum purum, intelligitur de eo, quod debetur indiem. finaliter in nostris terminis viget eadem regula, videlicet, quod priuilegium Principis ita debet interpretari ut aliquid operetur, et aliquid addat iuri communis, tex. est in. l. i. in fin. ff. ad municipalem, et in. c. in his extra de priuilegijs, et in. c. pastoralis in principio de appellationibus per quae iura eleganter consuluit Ancharranus conf. 186. pro parte Ecclesie. nu. 7. quod priuilegium datum Episcopo ut possit testari, intelligitur de bonis ab Ecclesia quasitis, non de bonis patrimonialibus, de quibus iure communis attento libere poterat disponere, tamen ne in re tam clara immoremur, hanc regulam in priuilegio, in statuto in quacumq; dispositione, quod semper fiat interpretatio ut aliquid operetur, longa doctorum et iurium copia, probat Felinus in. c. i. nu. 4. vslq; ad nu. 9. de rescriptis, et in individuo idem concludit Roderic. Suarez confil. 28. a principio, et nu. 1. vbi resolut, quod si Rex habeat decimam temporalem, et Pontifex ei si impliciter decimam concedat, talis concessio de decima spirituali ut priuilegium aliquid operetur venit intelligenda, atq; ideo ne in nostro casu dicum priuilegium frustatorum reddatur, necessario dicendum est de decima temporali esse intelligendum.

¶ Neq; superioribus obstat si replicetur, quod licet prædictum priuilegium solummodo concessionem decimam spiritualis contineat, ad huc tamen, neq; frustatorum, neq; superfluum iuricandum, cum decidat

decidat dubium quod poterat suboriri, videlicet an ex dictis salinariis decimaz spiritualis deberetur Ecclesiae neque, adq; ideo quod eiusdem dubij declarationem contineat, non esse ad decimam temporalem extendendum, cum privilegium ita sit accipiendo, ut in quantum fuerit possibile iuri cōmuni non derogeret, vt in l.2.C. de noxalibus cum alijs quae refert Molina de primogeniis lib.2.c.10. nu.77. ad hoc enim faciliter respondetur, quod iure canonico atento nullum dubium poterat suboriri, an scilicet ex dictis salinariis decima: deberetur, neque nam si salem tanquam fructum terrae accipiamus, ex eo proculdubio de cima debetur, cum de omni fructu, et de omnibus bonis de cima debeat solus, vt in c. nuntios, et in c. non est in potestate de decimis, et in l.2.tit.20.par.1.vers. ¶ Esto se entiēde, si vero tanquam fructum aquae connumere mus de eodem etiam de cima debetur, vt in c. peruenit de decimis ibi, ¶ De prouerbiorum molendinorū piscariarū, et in l.2.tit.20.par.1.ibi, ¶ Delas pesquierias, si vero tanquam fructum personalem consideremus ex industria hominis quas al perfitur prouenientem, adhuc ex eo decima debetur, vt probat glo. elegans in c. de cimā verbo Negotio circa finem. 16.q.1.ad id referens illud scriptura. ¶ Honorabis Dominum Deum tuum de omnibus tuis laboribus, et de iure nostro est tex. in d.l.1.titu.20.par.1, atq; ideo prēdictum priuilegium si de cima spirituali intelligeretur, denihilo deseruerit, et per consequens de cima temporali est intelligendum.

¶ Finaliter ut in re tam manifesta nullus penitus scrupulus remaneat, licet aliqua dubitatio posset suboriri, an ex salinariis decima spiritualis debeat necne, minime tamen ad nostrum cassum potest adaptari nam ex eodem privilegio manifeste constat de voluntate Principis concedentis, quod voluerit decimam temporalem Decano, et Capituluo concedere, cum non solum decimam salis, sed et aliorum iuriū sibi pertinentium, sub vna eadem q; claufula concesserit, vt patet ex illis verbis. ¶ Dono itaq; vobis, et cōcedo decimas almojarifatus mes, alguacilatus, quintorum, et salinarum, et appotēcā meæ, et omnium reddituum, quos in Corduba habeo, de quibus inferius latius erit agendum, et sic cum in nostro cassu neutiquam possit affirmari, decimam Almojarifatus, Alguacilatus, et quintorum, et appotēcā Regie, eidē capitulo fuisse concessam in exclusionem dubij quod poterat sub ori, an ex ies decima deberetur necne, pariformiter, etiam neutiquam dicendum est, concessionem decimā salis fuisse factam in nostro cassu, in exclusionem dubij quod in eodem suboriri poterat, an ex sale decima spiritualis deberetur necne, cum concessio prēdictorum surū insimul fuerit facta, et sub vna eadem q; oratione comprehendatur, et per consequens unformiter sit intelligenda, vt in l.iam hoc iure ff. de vulgari, et in l. quamvis. C. de impub. cum alijs concor. ex quibus sumitur illud brochardicum, quod ex adiunctis tollitur ambiguitas, vnde, cum prēdicta lis in supremo prætorio ventilata solummodo super decimā spirituali, nostra vero super iure temporali ventiletur, necessa

necessario dicendum est ex eadem exceptionem litispendentię quæ pro
sequitionem huius impeditat non oriri, et hæc de secundo articulo.

TERTIVS ARTICVLVS.

Ad tertium articulum accedentes, in quo de viribus Regis prius
agii erit agendum, quod eiusdem virtute Decanus et Capitulum
in possessione quantitatis salis super qua contenditur protegi, et fo-
ueri debeant, patet evidenter, cum ex sua parte sit productum regium
privilegium domini Regis Ferdinandi tertij huius nominis, El San-
cho nuncupati, datum Valisoliti, 11. die Nobembris era de. 1276, quod
est confirmatum per Dominos Reges successores, et ultimo loco per
Magistratem Regis Philippi secundi Domini nostri, in quo appetit eū
dem Regem eidem Decano et Capitulo concessisse decimam proue-
nientem ex omnibus Salinaris, quas in Cordubensi terra habebat, in
hæc verba, ~~¶~~ Dono itaq; vobis, et concedo decimas Almojarifatus
mei, Alguacilatus, quintorum, Salinarum, et appotecæ meæ, et omnis
redditum quos in Corduba habeo, &c. vnde cum ex privilegio, Re-
giaq; concessione prædicta quantitas salis eidem De. anno et Capitulo
pertineat, necessario dicendum est in perceptione eiusdem protegen-
dum, atq; manutenenendum fore, cum prædictus titulus, Regiaq; dona-
tio fuerit sufficiens ad adquirendum non solum possessionem, sed etiam
dominium decimæ salis ex dictis Salinariis prouenientis, nam per do-
nationem a Principe factam etiam sine traditione, adquiritur donata-
rio plena posse, et dominium rei donatæ, ut probatur in c. dillecti,
de donationibus, et in l. fin. ff. de constitutionibus Principum tenet
Baldus. et Andreas de Isenfaun. c. 1. §. inuestitura, de noua forma fide-
litatis, et alijs plures, quos referit. Tiraquelus tract. de nobilitate. c. 37,
nu. 51. Episcopus Segoviensis. lib. 2. resolutio. c. 19. nu. 13. et deciditur
expressa in l. 53. titu. 5. par. 5. et in individuo quod hoc ius Salinarum
ex privilegio, Regiaq; concessione possit alicui competere, probat
tex. expressus loquens in Salinariis, in c. super quibusdam. §. præterea
de verborum significatione, ibi, ~~¶~~ Que non appetit Imperatorum
vel Regum, vel lateranensis concilij largitione concessa, et in l. 2. tit.
13. lib. 6. recopilar. in illis verbis, ~~¶~~ Y austimismo las fuentes, y pilas,
y poços salados, que son para ha zet sal, nos pertenecen, por ende man-
damos, que recudan a nos con todas las tentas dello, y que ninguno
sea osado de se entremeter en ellas, saluo aquellos aqüisē los Reyes pa-
sados nuestros progenitores, o nos las vuielmos dado por privilegio,
o las ouiesen ganado por tiempo immemorial, circa quod amplius
non erit immorandum, cum diuersa pars iniciari nequeat, prædicta
Salinaria Regie Magistratis fuisse, immo a Dominis Regibus suam co-
cessionem nascitur derluare, et ita eosdem fuisse dominos in consequē-
tiam affirmet.

CNeque his obseruitur dicatur, prædictam donationem Regiam fuisse
deroga-

derogatam per secundam donationem a Domino Rege Enrico factam
in favorem Petri Arias de Auila eiusdem Numularij maioris. 23 quod
mensis Maij anno. 1461. a quo diuersa pars suum ius deriuat, assere ns
Dominum Regem eidem Petro Arias de Auila concessisse, seu donasse
omnia salinaria in ciuitate Cordubensis, et eiusdem Episcopatu posita,
ac proinde per istam secundam donationem fuisse primam derogata
huic enim obiectio ex sequentibus responderetur.

¶ Primo quod cum Dominus Rex Ferdinandus multis retro annis ei
dem Decano et Capitulo decimas dictarum salinarum concesserint, et
donauerint, subsequens donatio a Domino Rege Enrico facta, non po-
tuit prae dictam decimam antea capitulo donatam comprehendere,
sed solum ius percipiendi salem, quod dempta predicta decima apud
dominos Reges remanserat, donans enim seu legans rem, videtur tan-
tummodo donare, vel legare ius quod ad rem habet, sive partem qua
in ea habet, et non amplius, vt in. l. serui electione. §. labeo et §. cum
fundus ff. deleg. i. l. colonus. et . l. quod in rerum. §. 2. ff. cod. titu. id
q; in priuilegijs seu concessionibus Principum, est speciale, vt talia
priuilegia, seu concesiones sine tertii praefuditio facta esse ceseantur.
vt in. l. fin. ff. de constitut. principum. l. 1. §. denique. l. 2. §. merito et. §.
siquis a principe. ff. nequid in loco publico, cum concordantibus que-
refert Antonius Gab. vel communium oppinio. lib. 3. titu. de iure quae-
sto non tenendo conclusionem. et nouissime. d. Ludovicus de
Molina. lib. 2. de Hispanorum primogenijs. c. 7. nu. 23. et in fortioribus
terminis quod priuilegium simpliciter concessum, nunquam sit intel-
ligendum, sive interpretandum in praefuditio tertii possessoris, quā-
uis talis tertius nullum ius habeat in proprietate, probat tex. in. c. dū-
dum de decimis, tradit Ripa lib. 2. responsorum. c. 24. et in nostra spe-
cie quod donataris qui a Principe habent titulum, debeant uti re dona-
ta, modo, et forma, et cum qualitatibus, quibus Princeps ea vtebatur,
et fruebatur, probat. l. 16. titu. 10. lib. 5. noui ordinamenti, quod autem
intentio Dominorum Regum, neutiquam fuerit eidem Petro Arias
donare decimam ante capitulo donatam, eadem q; fuerit intentio ma-
gestatis Regiae Philippi secundi, domini Regis nostri, probatur euide-
ter ex verbis confirmationis in favorem Ioannis de Guevara facta,
que hec sunt. ¶ Para q; gozedes de todo ello, vos y el dicho Ioan de
Guevara, y los dichos vuestros erederos, y sucessores, y quié de vos,
o de ellos vuiere titulo y causa, dende el dicho dia cinco de Mayo del
dicho año passado de quinientos y setenta en adelante, para siempre
Jamas, assi e segun e de la forma y manera, y con las facultades, y con-
diciones, y limitaciones, que los dichos Pedro Arias de Auila, y don
Diego de Roxas, y los otros sus antecesores las tenian, y les pertene-
cian, y las gozaron, y devieron y pudieron gozar, y an gozado hasta
aqui, por virtud de la dicha carta de priuilegio y confirmation.

¶ Secundo etiam responderetur, quod donatio facta in favorem Deca-
nati et Capituli fuit concessa era de. 1276. Secunda vero in qua diuer-
fa

sa pars se fundat, anno. 1461. et ideo debet omnino prior donatio postea
priori donationi prefferti. I. quæ ex relationibus et ibi Baldus. C. de legi-
bus glof. in summa. 25. q. 2. l. 27. et. 39. titu. 28. part. 3. immo secundum
privilegium non derogat primo, siue speciali, siue generali, ut proba-
tur in. c. veniens de prescriptionibus glof. in. c. generi deregulis iuris.
In. 6. tradit Decius consl. 147. nu. 5. et in. l. in toto. 80. n. 20. ff. de regul.
iuris. et priuilegium secundum non valer; nisi in eo sit facta mentio de
priori priuilegio. d. c. veniens de prescriptionibus. l. 3. vbi glof. C. de fi-
fentarijs. lib. 12. vbi Bart. et tenent alij quos citat Decius in. c. 1. nu. 9.
de re scriptis.

Tertio respondetur, quod licet prædicta secunda donatio decimam
salis antea capitulo donatam comprehendenderet, adhuc tamen neutri-
quam potuit capitulo nocere, cum donatio principis de eo quod iam
alteri donauerat nullius sit momenti, neq; primo donatario in aliquo
præjudicet, vt in. l. prædia et ibi notat Bart. C. de locatione prædiorum
ciuiliū, lib. 11. tradit Iass. in. l. quoties. nu. 7. C. de reivendicatione,
et quod ex duobus Principis donataris primus sit præferendus, etiā si
secundus traditione dominium apræhederit, quando in secunda dona-
tione prima expresse derogata non est, quia Princeps præsumitur cir-
cumventus, tradit Bart. in. d. l. prædia. C. de locatione prædiorum ci-
uiliū lib. 11. Bald. et Paulus in. l. 2. C. delegibus Gozadinus consl. 14.
nu. 19.

Quarto nā neq; prædictus Petrus Arias de Auila neq; ei us successo-
res, vli fuere. d. priuilegio respectu quantitatis salis quā Decanus et Ca-
pitulum sibi præstandam intendunt, et ideo respectu eiusdem amisse-
runt priuilegium, quia priuilegiatus qui non vtitur priuilegio per de-
cennium, amittit tale priuilegium. c. si de terra et. c. accendentibus de
priuilegijs. l. 1. ff. de nundinijs tradit late Iacobus Puteus decisione
252. nu. 4. lib. 3. et probatur in. l. 27. titu. 18. part. 3. ibi. **Y** los que fa-
llaren que fueren dados primero, mandamos que valgan, si fueren vfa
dos como deuiā. l. 42. eod. titu. et part. l. 3. titu. 7. par. 5.

Quinto nam dicta donatio facta in fauorem Decani et Capituli, fuit
confirmata per Regiam Magestatem Philippi secundi Domini Re-
gis nostri, et sic licet per donationem factam in fauorem Petri Arias
de Auila nostra prima donatio fuisset reuocata, eade. n tamen ex præ-
dicta regia confirmatione vires suscepit, vt in. c. primo, de transactio-
nibus, ibi. **V**ires plenissimæ notionis ex nostra authoritate susci-
piat. c. 1. de confirmatione vtili vel inutili, cum concordantibus.

Curus superadjectis non obseruitur si dicatur, prædicatum priuilegium in
fauorem Decani et Capituli concessum, per non vsum et per contra-
rium vsum fuisse derogatum, et per consequens non posse eodem se ad
subare, vt in. d. c. si de terra de priuilegijs cum alijs superius adductis,
nam ut inferius diceatur prædictum priuilegium fuit semper obseruatū,
et usq; virtute fuit soluta Decano et Capitulo quantitas salis in suo libe-
lo contenta et per consequens prædicatum priuilegium neutriquā fuit
amissum.

Secundo nam licet decima salis in dicto priuilegio contenta est dem Decano et Capitulo integre non fuerit soluta, sufficit quod eisdem quantitas salis in eorum libelo contenta fuerit soluta, ad hoc quod priuilegium conseruatum censeatur, quia per usum partis contigitur in priuilegio, et si non sit omnium rerum in eo expressarum retinetur priuilegium in omnibus, ita quod non potest dici derogatio nec substatum per non usum, de quo est cassus in. l. si in partem et in. l. si cui sibi quemadmodum seruitutes amittantur. 1. arboribus. & Julianus. ss. de usu fructu, traddit, Palbus tract. prescriptio. 4. parte, quarta partis principalis questi. s. a principio pulchre Crabata consl. 123. Iohannes. nu. 5. et ex pluribus comprobatur Manchacensis controversiarum usus frequens, lib. 1. c. 2. nu. 7. cum sequentibus, et reuocata vel annullata una parte, vel uno articulo priuilegijs, alia in eo contenta non videntur reuocatae. e. si eo tempore, de electione lib. 6. Abbas. et. DD. in. c. super litteris de rescriptis cum concordantibus ut per Siluam tract. de beneficio. par. 2. q. 22. nu. 32. fol. 132.

Tertio nam dato sed non concessso quod Ecclesia aliquo tempore non percepisset dictum salem, quod omnino negamus, cum pars aduersaria conueniat Ecclesiam tanquam posidentem, Dignitates. &c. Canonici minime potuerunt ipsi Ecclesijs praejudicare, contra priuilegium datum per dictum Dominum Régem Ferdinandum prædictam Ecclesie, secundum Abbatem in. c. cum accessissent. nu. 7. de constituto, quod confirmatur quia ad hoc ut Ecclesia per non usum, vel per contrariationem amittat priuilegium, requiritur spatium quadragesinta annorum. c. accendentibus. c. si de terra de priuilegijs, l. ultima et authent. quæsationes. C. de sacrae sanctis Ecclesiis et volunt lannas; Andreae Hostiens. et Antonius in. d. c. cum accessissent de constitutionibus. enibz. Felin. nu. 30. Detius. nu. 21. cum concordantibus ut per Triquetum de priuilegijs pia cause priuilegio. 139. et probatur in. l. 2. 6. t. 10. 19. part. 2. 1. 2. 2.

Preterea supradictis non obstat si dicatur quod iuxta formam prædicti priuilegijs, solummodo competit capitulocius exigendi dictam salis in predictis salinariorum ex tracti, idq; inultum defierre ab eiusdem libello, cum solum comprehendat quantitatem salis in eodem expressam, quæ in predicto priuilegio neutram conseruat, dicamque quantitatem salis nullatenus virtute dicti priuilegij recepisse, quia licet dicta præstatio salis non sit uniformis priuilegio, ad hoc tamen eius virtute eandem recipisse presumendum est, quia est regula in iure, quod a primordio tituli posterior iudicator evenerit, et qualis fuit titulus talis iudicatur vel presumitur possessio sub sequenti, quodam mulier. ss. de reiundicatione. l. 1. C. de imponenda lucrativa. deferit. lib. 10. de quo per Aymonem de antiquitate temporum. quarta. part. nu. 221. fol. 238. Menochium de adipiscenda possessione remedio. 4. nu. 29. o. pagi. 150. Mascalcius tract. de probatio. lib. 3. cencius. 1239. nu. 4. fol. 178. et conclusione. 1197. nu. 1. cum sequentibus fol. 118. **E**t observacio sub sequente probat et declarat donationem, et priuilegium, ut per Aymonem. consl. 277. nu. 1. et. 2. cum concordantibus ut per Mascalcius tract. de pro-

probationibus lib. i. conclusi. 577. nu. 3. fol. 348. pro qua conclusione
sunt expressae leges Regni scilicet. l. 5. titu. 33. par 7. et l. 12. titu. 1 part.
2. et l. 1. titu. 10. lib. 5. recopil. ibi, Aya la dicha jurisdiccion si vio
de ella iunctis verbis præcedentibus et sequentibus. l. 16. d. titu. et lib.
vers. los aya, et vers. Segun antiquamente lo an acostubrado. Quod
confirmatur ex alia notabili conclusione quæ habet, quod verba pri
uilegijs sunt interpretanda secundum consuetudinem præteritam, et
subsequuntur, etiam si verba priuilegijs aduersentur, cassus est notabilis
in. c. cum dilectus de cōsuetudine et priuilegium magis interpretatur
ab usu, et consuetudine, quam a iure. c. dilecto de consanguinitate, et
afinitate et voluit Dominicus in. c. 1. de verborum significatione lib.
6. Detius in. c. ad hæc. nu. 37. de postulatione prælatorum. exquisibus cō
clusiōnibus et resolutionibus subinfertur, quod licet possesso, proprie
tas, et ius quod Ecclesia prætendit ad istum salē super quo lis est, non sit
cōformis cum prædicto titulo erdonatione regia, quia multo amplior
est, et magis compræhendit, nichilominus se conformat, et compati
tur cum dicto titulo, et donatione, cum in toto pars continetur. l que
de tota. ff. de rei vendicatione. l. si quis cum totum. ff. de exceptione rei
judicata, melior tex, ad propositum in. l. si in partem agri. ff. quemad
modum seruitutes amittatur, et faciunt traditta per Euerardum loco.
8o. de toto ad partem et hæc de tertio articulo.

QVARTVS ARTICVLVS.

AD quartum articulum deueniēdo, quod licet Decanus et Capitu
lum dicto Regali priuilegio non essent muniti, sufficiat tamen
eisdem præscriptio immemorialis, seu quadragenaria, prædicto titulo
munita, probatur ex sequentibus.

Christo nam ex sua parte est sufficientissime probatum, quod a tem
pore immemoriali cuius initij memoria in contrarium non existit, ex
prædictis salinarijs percepunt quantitatem salis in eorumdem libe
lio contentam, quod sufficit ad hoc ut in eiusdem perceptione protegat
atq; soueri debeant, cum immemoralis præscriptio, et possesso cuius
initij memoria in contrarium non existit, vi in tituli, præuilegijs, et con
cessionis factæ a Principe sortiatur, ut in. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff.
de aqua quotidiana et estiu. c. cum personæ. §. quod si tales de priuile
gijs lib. 6. cum concordantibus, ut per Antonium Gabrielem. 2. par. com
munum sententiarum lib. 5. titu. de præscriptionibus conclusione. 1.
nu. primo. cum sequentibus, et quod Regalia, et Principi reseruata di
cta præscriptione immemoriali acquiri possint, tradit Balbus tractatu
præscriptionum. 2. par. quintæ partis principalis. quæ. 4. et. 4. par. quin
tæ partis. 6. questione. nu. 25. et alijs quos referunt Antonius Gabriel.
d. cōclusione. 1. nu. 3. Episcopus Segoviensis in regula possessor. 2. par.
§. 2. vers. 3. species, et in nostris terminis quod ius salinarum præscrip
tione immemoriali adquiri possit, probat tex. in. d. c. superquibuldam.
§. præterea de verborum significatione, ibi,

B a tudi-

tudine, a tempore cuius memoria non extat introducta, et tradit inspe-
tie Aceuedo in l. i. titu. 13. lib. 4. recopilationis num 74. fol. 212. et dis-
ponitur in l. 2. titu. 13. lib. 6. noui ordinamenti, in illis verbis, Sal-
uo aquelllos aquien los Reyes pasados nuestros progenitores, o nos los
vbiesemos dado por preulligio, o los ouiesen ganado por prescripcio
immemorial.

¶ Neq; supra dictis obstat si dicatur per testes Adecano et Capitulo
productos, non esse sufficienter probatam immemorialem, cum non
deponant de secundo auditu, iuxta l. 41. Tauri hodie. l. 6 titu. 13. lib. 6.
recopilationis, haec enim obiectio excluditur manifeste si consideret
quod secundus auditus est sufficienter probatus, per plures testes
de eo deponentes, et licet aliqui eorum de secundo auditu non depo-
nant, adhuc tamen inmemorialis est sufficienter probata, vt iure com-
muni atento resolut glos. in c. 1. de præscriptionibus, lib. 6. quam seqū-
tur plures quos refert Balbus tract. præscriptioni. 2. part. 3. partis prin-
cipalis quæst. 6. nu. 26. et ita sepius vidisse feruari in praxi non obitan-
tibus legibus Regijs quæ in suis tantum casibus procedunt, testatur
Episcopus Seguo. in d. regula possessor. 2. par. §. 3. nu. 7. vers. testes ve-
ro et quod verba dictæ legis. 41. Tauri, non sint rigidae nec scrupulose
acciipienda, docet eleganter Ludouicus de Molina de Hispanoru pri-
mogenijs lib. 2. c' 6. nu. 35.

¶ Præterea minus obter si dicatur, quod testes Adecano et Capitulo
producti, neusquam deponant quod prædicta quantitas salis fuerit
præstata scientibus, et paientibus, dominis dictarum salinarum, et
non contradicentibus, et per consequens non esse sufficienter proba-
tam immemorialem, quinimo nec posse aliquos testes descientia et
pacientia dominorum deponere, cum fuerint semper apud indos, di-
cta q; salinaris ab eorumdem administratoribus fuerint tantum admis-
trata, huic enim obiectio responderet, quod licet testes descientia;
et pacientia dominorum dictarum salinarum non deponant, ad huic
tamen inmemorialis præscriptio sufficienter probata censemur, vt te-
net glos. in l. hoc iure. §. ductus aque verbo memoriam ff. de aqua quo
tidiana et stiua, quam sequuntur plures quos refert Episcopus Seguo-
uiensis, in regla possessor. 2. part. in initio. nu. 8. vers. tertio supra scrip-
ta, et testatur communem inumeros referendo, Antonius gabriel
lib. 5. commu. oppinio. titu. de præscriptioni conclusione. 1. num. 59.
versi. quartus effectus quinimo licet scientia et paientia requiri-
etur, sufficeret eo cassu scientia administratorum corundem, vt in simili
cassu considerat domi. Antonius de Padilla in l. si quas actiones. n.
56. C. de seruitibus et aqua, vbi id ex alijs comprobatur.

¶ Rursus supra dictis non obstat si dicatur, quod ex titulo regiaq; do-
natione Adecano et Capitulo producta, constat de ejusdem præscrip-
tionis initio, et per consequens non posse Decanum et Capitulum d.
præscriptione immemoriali setueri, nam si recte consideretur prædi-
cta regia donatio immemoriali non nocet, cum tendat ad eundem fi-
ctem, sane ad probandum, hoc ius exigendi dictam quantitatem salis
in di-

In dictis salinaris Decano et Capitulo competere, et per consequens possunt ex dicto priuilegio et immemoriali se fundare ad probandam suam intentionem, ut probatur in c. veniens vbi glossa verbo intentio ni de prescriptio, et voluit Bart. in l. i. nu. 23. C. de furtis vbi dicit quod non est sibi contrarius qui fundat se priuilegio, et immemoriali consuetudine, Detius consi. 271. nu. 19. Burgos de Paz consi. 15. nu. 19. tum etiam et ex eo, nam vbi cumq; constat de initio prescriptionis per plus quam centum annos, non cessat vis ac potestas, et effectus prescriptio nis immemorialis ut voluit Speculator titu. de probationibus. §. 1. nu. 28. et alij quos citant Episcopus Segobiæ. in d. regula possessor. 2. part. §. 3. nu. 7. vers. hinc fallum esse apparet, Molin. lib. 2. de primogenijs. c. 6. nu. 6. fo. 261.

¶ Secundo principaliter haec eadem pars ex eo manifeste comprobatur, nā licet in nostro cassu, immemorialis prescriptio expreſſe requiretur, eademq; non esset sufficienter probata, ad hoc tamen in eodem prescriptio quadragenaria, prædicto titulo, seu Regia donatione munita sufficiēt est, ad hoc vt Decanus et Capitulum in perceptione prædictæ quantitatatis salis protegi, et foueri debeat, succedit enim in hoc cassu conclusio de iure verissima, quod possessio quadraginta annorum, cum titulo colorato, seu quantumcunq; invalido, immemoriali equiparatur, et est eiusdem virtutis, et effectus, cuius est immemorialis prescriptio. ut probatur expositio in l. fin. C. de fundis patrimonialibus, lib. 11. et in c. 1. de præscript. lib. 6. c. cum personæ q; quod sit tales de priuilegijs eodem libro cum concordantibus, ut per Molin. lib. 2. de primogenijs. c. 6. nu. 52. Burgos de Paz consi. 4. nu. 11. et probatur in l. i. titu. 10. et in l. i. titu. 15. lib. 4. recopilationis.

¶ Tertio considerandum est, quod licet in nostro cassu de prædicto titulo, seu immemoriali non constaret, ad hoc tamen sufficeret in eodem sola possessio quadraginta annorum, absq; ullo titulo, alio ve administrulo, ad hoc vt in perceptione distæ quantitatatis salis capitulum sit prærogendum, cum enim in eo non agatur de præscriptione salinarum ad versus Regem, sed aduersus particularem, et priuatum, sufficit in eiusdem quadragenaria prescriptio, etiam sine titulo, ut in l. si cut et in l. omnes et in l. cum notissimi. C. de præscriptione 30. vel. 40. annorum c. placuit. §. porest. 16. questio. 3. cum concordantibus ut per Episcopū Couar. in d. regula possessor, secundunda part. §. 5. nu. 2. vers. secunda conclusio, et probatur in l. 7. titu. 29. par. 3. ¶ Accedit etiam, quod Ecclesia in nostro cassu non agit de præscriptione salinarum sed tantum de præscriptione iuris exigendi salem in eiusdem libello contentum, et ideo sufficiens fuit in eodem quadragenaria prescriptio, licet ad præscriptionem salinarum immemorialis requireretur, ut optime aduerterit Gregorius Lopus in l. 7. titul. 29. part 3. verbo placa vbi resoluti, quod licet loca publica non minori præscriptio ne quam immemoriali possint prescribi, si tamen non agatur de eis præscribendis, sed de aliqua in eisdem seruitute prescribenda, sufficiet quadragenaria prescriptio, neq; mutat causam quod hic agatur de pres-

prescribenda annua præstatione, quia immo annua præstatio in vim
mere præscriptionis, acquiritur spacio 30. annorum, ut post alios tradit
dis optime Episcopus Couar. in d. regula possessor. 2. par. §. 4. nu. 2. in fi
ne. versi. 2. conclusio.

¶ Quarto supre dicta confirmatur ex eo, nam licet de iure ad prescri
bendum contra Regem redditus salinarum esset necessaria præscrip
tio immemorialis, ad præscribendum, tamen contra dictum Ioannem
de Gueuara, et antecessores ius percipiendi salem super quo lis est, suf
ficiens fuit præscriptio ordinaria decem vel viginti annorum, ut vo
lunt Ancharranus consi. 142. nu. 7. Alex. consi. 16. in causa et lite n. 27.
lib. 5. et est communis opinio secundum Balbum tract. præscriptionū.
2. par. 5. partis vers. circa primā. q. 3. n. 5. pag. 271. et ex nostris in varijs
caſibus Auend. de exequē. mand. regū. par. 1. c. 1. n. 2. vers. si uero agat
Greg. Lup. in. l. 6. tit. 29. par. 3. verbo. La justicia. Epif. Couar. in. d. reg.
possessor. 2. par. §. 3. n. 4. finalib[us] verbis et. n. 5. ¶ Q[uod] cōfirmatur ex
eo, nam cum in nostro cassu diuersa pars priuilegio regali nitatur, su[er]
ficit trans cursus decenij, ad hoc ut tale priuilegium amissum ceseatur,
ut in. l. 1. ff. de nundinis. c. c[onstitutio]nibus de constitutionibus. c. si de ter
ra de priuilegijs cum alijs superius adduetis, ¶ Quid quod cum prædi
cta præstatio salis fauorem Ecclesiæ contineat, multum minus tēpus
sufficiens est, ad hoc ut domini salinarum compelli et cogi possint ad
dandum quotannis prædictam salem. ex. c. singularis loquens in le
gato alimentorum in. l. 1. C. desideicōmissis quem ad omnem cauſam
piam extendunt Angelus, et laſſ. ibidem et alijs quos scitat Tiraquelus
de priuilegijs piæ cause priuilegio. 60. notum autem est in iure, quod
Ecclesia et pia causa equi parantur secundum Abb. in. c. relatum in fil.
de testamētis et volunt alijs quos scitat Tiraquel. d. tract. de priuilegijs
piæ cause, priuilegio. 140. Euerardus loco. 22. et faciunt duo tex. nota
biles in. c. significavit et in. c. quanto de censibus.

¶ Ultimo loco intentio Ecclesia euidenter ostenditur, ex confessione
bus et probationibus factis per antecessores Ioannis de Gueuara, qui
possiderunt et domini fuerunt dictarum salinarum, per quas appareat
quod in quibusdam processibus, et litibus quæ ab anno. 1440. viij ad
annū. 1515. fuerunt ventilatæ, inter dictam Ecclesiam, et antecessores
dicti Ioannis de Gueuara, super decimis dictarum salinarum, possesso
res illarum se defendebant, alegando, probando et verificando per plu
res testes, quod non tenebantur soluere prædictas decimas, quia solue
bant dicta Ecclesia quotannis dictam quantitatem salis super qua lis
est, ut longe ex facto constat, quod cum verissimum sit, ob iurgari cer
te merentur qui defendunt istam item pro parte aduersa, cum dictæ
confessiones, alegationes, et probationes factæ in dictis litibus, et pro
cessibus, per antecessores et dominos predictarum salinarum, preju
dicent successori nunc litiganti, ut volunt Bart. in. l. si superatus. ff. de
pignoribus, Socin. consil. 89. nume. 16. Aimon consil. 29. nume. 1.
et alijs quos citat Maschardus tractatu. de probationibus lib. 2. con
clusio. 778. nume. 38. fol. 106. facit. 1. miles. §. fin. ff. de re iudi. l. 19.

1.19.versic.sobre todo.1.21.titu.22.part.3.nemini autem dubium esse potest, quod prædictæ allegationes, et exceptiones, habuerunt vim cōfessionis iuxta vulgatam.1.cum præcum.C.de lib. caus. cum concordantibus, vt per Antonium Gabr̄iel.2.part. communium opinionum lib.1.titu.de confessis conclu.4.nu.1.cum sequentibus.

¶ Et si licet aliquis dubitandi locus in nostro casu supererisset, quod neutriquam credendum est, adhuc tamen in faborem ecclesiæ est pronunciandum, tam quia possidet, quam quia est ecclesiæ, et causa pia, vt in. §.commondum inst. de interdic̄tis.1.28.titu.2.part.3.1.inter pares ff. de re iudicata. c. penultimo eod. titu. maxima q; est ratio quæ religioni habet, vt in.1. sunt persona. ff. de religiosis et sumptibus funerum , et ita ex omnibus supradictis in fabore ecclesiæ pronuntiandum speramus, revocandāq; esse sententiam aduersus De canum et capitulum prolatam, salua tamen in omnibus dominationis vestre ceniura , cui liben- tissime dicta subiçimus.

L A V S D E O

*Petrus
Bergoglio*

*31 doct: miquel
Bsa aazar*

*Et sic dicitur
de moris*

estes resultados obtidos. No entanto, é de se considerar que o resultado da pesquisa não pode ser generalizado para a população brasileira, uma vez que a amostra é restrita ao universo de pessoas que frequentaram a rede de ensino superior. Ainda assim, os resultados são relevantes para a compreensão das mudanças que ocorreram no perfil dos estudantes universitários e nas suas expectativas quanto ao futuro.

卷之三